



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1863**

CXCV. Johann Tetzl ertheilt als Commissar des Erzbischofs Albrecht  
einem Einsassen der Brandenburgischen Diöcese wegen Todtschlages die  
Absolution, am 5. October 1517.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55861](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55861)

nostra Wistogk, sub anno Domini Milleſimo quingentefimo decimo nono, die vero Solis, decima mensis Aprilis.

Aus Beckmann's Nachlaſſe.

CXCV. Johann Teſel ertheilt als Commiſſar des Erzbischofs Albrecht einem Einſaſſen der Brandenburgiſchen Diöceſe wegen Todſchlages die Abſolution, am 5. October 1517.

Frater Johannes Teſel, ordinis Predicatorum Conventus Lipſienſis, ſacrae Theologiae Baccalaureus ac Hareticae pravitatis Inquiſitor, a Reverendiſſimo in Chriſto Patre ac Domino, Domino Alberto, Sanctarum Magdeburgenſium et Moguntinenſium Eccleſiarum Archiepiſcopo, Primate et ſacri Romani Imperii in Germania Archicancellario, Principe Electore et Adminiſtratore Halberſtadenſi, Marchione Brandenburgeni, Stettinenſi, Pommeranie, Caſſubiorum Slavorumque Duce, Burggravio Norembergeni ac Rugie Principe, Sanctiſſimi in Chriſto Patris ac Domini noſtri, Domini Leonis, divina Providentia Pape decimi ac ejuſdem Sancte Sedis Apoſtolice ad Magdeburgenſes ac Moguntinenſes Provincias ac illarum et Halberſtadenſes Civitates et Dioceſes, necnon terras et loca Magdeburgenſium et Moguntinenſium Archiepiſcoporum et Epicoſci Halberſtadenſis Illuſtriſſimique et Illuſtrium Principum Dominorum Marchionum Brandenburgeniſium temporali dominio mediate vel immediate, directe vel indirecte Subjecta, pro executione Sacraſſimarum Indulgentiarum pro fabrica Baſilice Principis Apoſtolorum de urbe in forma Jubilei conceſſarum, Nuncio et Commiſſario, una cum Guardiano Fratrum minorum S. Franciſci de obſervantia in Sua Civitate Moguntina, in hac parte collega Suo, Sub-Commiſſarius Generalis cum poteſtate ſubſtituendi ad prefatas Provincias et Dioceſes ac omnia illuſtriſſimorum et Illuſtrium Dominorum Marchionum Dominia predicta deputatus et conſtitutus, Dilecto nobis in Chriſto N. N. de N. Brandenburgeniſis Dioceſis ſalutem in Domino ſempiternam. Expoſuiſti nobis, quod volebas ſuam percutere, in quo caſu puer tuus, te non vidente appropinquavit, quem contra omnem Voluntatem Tuam, cum infinita Cordis Tui triſticia tetigiſti et occidiſti. De quo peccato ex intimis doles. Unde volens ſaluti Anime Tue conſulere, a nobis de opportuno Abſolutionis remedio Tibi provideri humiliter poſtulari feciſti. Quocirca Nos, qui ſalutem quorumlibet querimus, Te, qui Nobiſcum ſecundum vires Tuas in commodum prefate Fabricae compoſitionem feciſti, Autoritate Apoſtolica, qua fungimur in hac parte, ab homicidio miſericorditer abſolvimus Teque eadem Auctoritate per Nos a dicto homicidio abſolutum eſſe per prefentes denunciamus literas. Mandamus etiam omnibus et ſingulis, ad quos pervenerint, ſub ſententiis, cenſuris et poenis in literis facultatum noſtrarum Apoſtolicarum contentis, ut fidem hiſce tribuant, Te pleniffime abſolutum eſſe ſtatuant, huiusque cedis ne unquam quiſquam accuſet. Ad fidem et Teſtimonium Sigillum prefate Fabricae, quo ad huiusmodi utimur, impreſſimus. Datum Berlin, Anno domini 1517, 5. Octobris, Anno quinto Imperii Sanctiſſimi Domini noſtri Pape etc.

Nach einer Abſchrift in Beckmann's Sammlung.